



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis Leniendæ

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§.15. A Guterrio pudefieri peccatores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)

Rom. 6. reus, quia *stipendium peccati mors*, non tantum naturalis, nec tantum spiritualis, quae gratia extinguitur, sed etiam aeterna illa vitae aeternae opposita quam peccatum per se meretur. 5. Hinc quid mirum si etiam mereatur perdere peculiarem illam protectionem diuinam, qua solet Deus filios & amicos suos tueri, contra insidias & tentationes mali tentatoris, variisque gratiae auxilijs praeveneri? Dignus est enim peccator, qui diuinos instinctus repellit, ut a Deo deseratur, & tamquam mancipium diabolo relinquatur. Hinc in vno peccato non sistitur, de peccato in peccatum itur. Quis non horreat horum effectuum causam? 6. Neque illud est contemnendum, quod peccatum hominem priuet omnibus meritis, ac bonis operibus, quantumuis sint multa & magna; immo si vnus collegisset solus tot merita, quot omnes Sancti simul, tamen vel vnico peccato mortali, omnia illa euerteret, & inefficacia inutiliaque redderet, & quasi mortua. *Si auerterit se iustum a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiae eius quas fecerat, non recordabuntur.*

Ezech.
18.

XV.

A GUTER-
119 PIP.

Tot dona & gratias quia amittit, & tot damna incurrit peccatum, mirum est, vltim

lum mortalem esse tam vacordem vt pec-
 cer. *Guterrius*, putauit rationi esse aduer-
 sum, si heri sui castrum traderet, & ita om-
 nes fideles milites sentiunt: & nos non ap-
 prehendimus esse contra rationem, si ani-
 mam nostram Deo ablatam, diabolo trada-
 mus? *Guterrius* *Didaco* homagium praesti-
 tit: praestitimus & nos Deo, in baptismo, &
 poenitentia. Ea condicione castrum *Guter-
 rio* commisit, vt eam seruaret? quot leges
 tulit Deus, vt nos animam nostram serua-
 remus? Stipendio *Guterrius* fuit *Didaco*
 obligatus? quot nos Creatori nostro bene-
 ficijs obligati sumus? Numquam *Didacus*
 pro *Guterrio* mortuus est, numquam pro
 eo crucifixus, aut flagellatus; at *Christus*
 hac omnia sustinuit pro peccatore. Timuit
Guterrius *Didacum*, vel vnum acerbius
 verbum prolaturum: & non timet pecca-
 tor Deum dicturum: *Ite maledicti in ignem
 eternum?* Noluit *Guterrius* *Didaci* amici-
 tiam, fauorem, & gratiam amittere: &
 peccator Numinis amicitiam non veretur
 profligare? nec curat charitatis, iustitiae,
 adoptionis diuinæ, ipsius S. Spiritus, hare-
 ditatis caelestis, protectionis peculiaris, om-
 nium meritorum iacturam? Nec exilium,

FIERE
 PECCATOR
 RES.

nec mortem Guterrius à Didaco inferendâ meruebat. Peccator à Deo mortem æternam certissimò decernendam debet metuerè, & non abstinere à peccatis! Ô quàm cæci sumus! Ô quàm insani, qui hominem plus timemus, quàm Deum; plus amamus, plusque illius, quàm huius gratia facimus! An non meritò à Deo vicissim contemnendi & damnandi! Igitur resipiscamus, & ad Deum reuertamur: dicamus ad tentantem:

Gen. 39 8. Ecce Dominus meus, omnibus mihi traditis ignorat, quid habeat in domo sua; nec quid quæ est, quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, qua vxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?

C A P V T V.

EXEMPLO PETRI CUIVS-
DAM DOCETVR, QVANTA SIT
DIVINÆ CLEMENTIÆ BONITAS, ET
MISERICORDIA, AD IGNOSCENDVM ETIAM
DESPERATISSIMIS; QVA IPSA BONITATE
PECCATORES AD POENITENTIAM AL-
LICIVNTVR.

I.
Abrahâ.
Bzo. An-
no Christi



IRCA annum Redemptoris 1220.
vt tam in historia Ecclesiastica,
quàm